MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS II: 14.2. 1.5.)

Melk, um 1470 Seite 56v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

euadere de canis morsibus nullomodo
potuissem. uenerunt quidam monachi.
et eundem senem pro me rogauerunt.
Qui statim iussit canem abscedere.
et ipse ad me reuersus sum. Hic eci-
am sepe confessus est postea dicens.
quod eo die quo ista pertulerat. consilium
habuerit de monasterio fugiendi.

XI

Alius quoque monachus discedere
ex eodem monasterio latenter dispo-
nens. oratorium ingredi uoluit. sed
demone corripiente nequiuit. Relin-
quebatur a demonio. quamdiu extra
oratorium stabat. Si ingredi conabatur.
statim maligno spiritui traditus uexabatur.
Hoc dum sepius fieret. tandem Gregorio
perquirente. se de monasterio fugere
uoluisse confessus est. eiusque per triduum
simul cum fratrum precibus curatus est.
ut ad eum postmodum malignus spiritus numquam
accedere temptasset.

XII

Alii quoque duo fratres de eiusdem patris
monasterio fugerunt. qui aliqua prius
colloquendo fratribus dederunt. quod per ap-
piam descendentes ierosolimam tenderent.
Hii exeuntes diuerterunt de itinere. et ut
a sequentibus minime inueniri potuissent.
retrusas criptas iuxta flameam por-
tam inuenientes. in eis se occultaue-
runt. Cum uero uespertinis horis iussu
Gregorii requisiti. minime in congre-
gacione inuenti fuissent. ascensis ca-
ballis eos quidam fratres secuti sunt. per me-
tropi portam exeuntes. ut eos in lati-
na uel appia uia sequerentur. Subito
uero eis consilium ortum est. ut eos in sala-
ria uia extra ciuitatem requirere debuis-
sent. Igitur pergentes deflexerunt iter.
et in salaria eos uetere non inuenientes.
per portam flameam decreuerunt redire.
Cumque reuerterentur. mox ut equi ante
criptas illas uenerunt. in quibus se mo-
nachi absconderant. fixerunt gradu.
pulsati et compulsi. passum mouere
noluerunt. Considerauerunt equites
rem talem sine misterio esse non pos-
se. attenderunt ad criptas. uiderunt
earum aditus missa maceria predana-
tos. Sed caballis suis nusquam ire nolen-
tibus descenderunt. lapides qui ad ora
criptarum compositi fuerant deponentes
ingressi sunt. eosque in eisdem tenebro-
sis latibulis consternatos tremere inuene-
runt. Qui ad monasterium reducti.
tam stupore miraculi. quam exhortacione
uenerabilis patris Gregorii sic me-
liorati sunt. ut eis multum profuerit.
ad puium tempus de monasterio recessis-

XIII

Alio quoque tempore se-
quidam monachus iustus nomine. medi-
cine arte imbutus. Gregorio sedule
obsequi. atque in assiduis egritudinibus
eius excubare consueuerat. Hic itaque
corporis languore preuentus. ad extrema
perductus est. Cui in ipsa molestia frater
germanus copiosus nomine seruiebat.
Sed predictus iustus cum se iam ad
extrema peruenisse cognosceret. eidem
copioso fratri suo. quia occultos tres
aureos haberet innotuit. Quod nimi-
rum fratribus celari non potuit. Qui
subtiliter indagantes. atque illius me-
dicamenta omnia perscrutantes. eosdem
tres aureos inuenerunt in medicami-
ne absconsos. Quod mox ut Gregorio
nunciatum est. tantum malum de fratre
qui secum communiter uixerat equanimiter ferre
non ualuit. quippe qui eidem mona-
sterio iamdudum regulam constitu-
erat. ut cuncti fratres ita communiter